

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli


Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Contritio cum jubilo. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)

sola illa, quæ in Deo reperitur, vera est. Tres beatitudinum species considerari possunt. Prima *apparens Bellicā*. Non existens, & talis est beatitudo Muadi, quæ apparet duntaxat, non permanens est. Secunda non *Psal. 143*. *apparens & existens*, & hæc est beatitudo Justorum, qui in præsenti vita sunt veri filii Dei; at non comparet cotum digneitas & magnificentia, qui solum comparebit in Gloriam. Tertiæ *apparens & existens*, & hæc est *eterna Beatitudo Sanctorum in cœlis*, quæ est apparens & stabilis per totam æternitatem.



PARADISUS,

Contritio cum jubilo.

LXXVI.

*Contritio cum iubilo ex peccatis præteritis
causata.*

Amets! Brati in cœlo de præteritis peccatis, quæ commiseruot in terra, veiam habeant contritio- nem & pœnitentiam: nihilominus nullum ex iis per- feantur, aut percipiunt dolorem vel tristitiam. Quia talis est status illius felicissimi beatae conditio, ut plane sit incapax omnis tristitiae seu fastidij. *1 Tho. 3, p. q.*
48, a. 3. Aut eos peccatorum, quia vellent & oparent se non peccasse: ar cum contritione gaudent & lætantur, quia per pœnitentiam remissa est omnis culpa, fruunturque suavissimis Gratiaræ & Gloriæ fructibus.

LXXVII.

Contritio cām iubilo ex præsentī innocētia orta.

S. Chrys. Beatus non privatum duntaxat & liberum se confundit ab omni peccato ; verū etiam ab omni illius igne & vestigio. Ars medica , ait D. Chrysostomus , post curare vulnus ; at facere nequit , quin remaneat cicatrix. Medicina licet innuineris adiutatur modis , costricem è medio auferre non possit. At virtus & Gratia longè major est & potentior : liquidam culpæ expungit , & præterea removet cicatrix. Nullam reliquam facit cicatricem , nullum velut finit remanere.

LXXVIII.

Contritio cum iubilo propter actum pœnitentiam.

Funes quoque peccatorum in Prædestinatis & Beatis convertuntur in torques , monilia & coronas Glorie. *Psal. 15.* Funes ceciderunt mihi in præclaris : omnia cooperantur. *S. Aug. lib. in bonum , etiam peccata.* Hæc est , ut notat *Dicitus de corr. & gustibus* . Electorum felicitas , quod omnia eius grat. cap. I. peccata convertantur in bonum , quia ex eis hanc *Idem serm. liores , cautiiores , & ferventiores resurgunt.* Verum p. 78. de iep. probis omnia cooperantur in malum , etiam ipsa Gratia hujus namque abusus conferet eis majorem damnationis causam.

LXXIX.

Contritio cum iubilo ob remissionem peccatorum.

Beatus respicit peccata non commissa duntaxat & remissa : primo , ut per Gratiam sublata : secunda

ut deleta Christi sanguine : tertio, ut trophæa triumphi Crucis Christi subiecta curru. Et hæc causa lætitie, qua perfunditur Beatus : quia, occasione peccatorum suorum, videt glorificatam potentiam Sanguinis Christi, magnificatam charitatem DEI, ejusdemque exaltatam misericordiam. Unde cum infinito & sempiterno jubilo laudat semper, & infinitam Dei decantat misericordiam: *Confitemini Domino, quoniam Psal. 135.*
bonum: quoniam in eternum misericordia ejus. Sit beneficita semper, & laudata infinita Dei misericordia, que me à tot tantisque eripuit peccatis, ac triumphare fecit de Dæmonie, morte & Inferno.

LXXX.

Contritio cum iubilo sine planctus amaritudine.

In hoc Mundo fuit contritio cum planctu: Beati qui lugent peccata sua in vita, quoniam ipsi consolantur post mortem in urbe viventium. At in vita futura erit contritio cum jubilo: & juxta mensuram doloris erit mensura gaudij. Contritio habet duas partes, ceu duos filios: dolorem & gaudium. Primo genitus doloris suscipiens est, priusquam suscipiat secundogenitus gaudij: & quicunque resulaverit primum, non erit dignus secundo. Per ignem & aquam transcamus, necesse est, puta, per doloris; ut inveniamus refrigerium, ac aeterno simus digni jubilo.



K

PARA-